





1848.

1659/13

27

Qvod felix faustumq; sit!

# JURIBUS MA-

## JESTATIS EXERCITATIO II,

Definitionem eorundem & Divisionem, nec non  
ipsam Principis potestatem accuratiū perpendens,

quam

SUB PRÆSIDIO  
CASPARIS ZIEGLERI,

Phil. & J. U. D. & Prof. P.

In Auditorio JC TORUM

pubbitur

BENEDICTUS STRAUF

Wittebergensis Saxo.

add. Julii. A. O. R. cl. Ic LIX.

---

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

Opus omne

Georgius Agricola  
De Re Metallica  
LIBRIS XI  
HISTORIATIONE  
DE RE METALLICA  
CARTIS ET TABULES  
AD HISTORIATIONEM  
REMETTENDA  
GASPARIIS ZIEGLERI  
SCVLPI. B. M. 1550  
PARVUS LIBER  
GASPARIIS ZIEGLERI  
SCVLPI. B. M. 1550  
WILHELMUS  
MIDDLEBERG  
TYPIS Iohannae Reginae, Aenei Tylotus

# Cum bono DEO!

Onsiderato haec tenus toto sc: ipsa  
Majestate, in suā naturā & essentiā, partes  
eius porrō ut dispiciamus necesse est. Durum  
hoc erit & minus ad palatum illis, qui Maje-  
statem indivisibilem dicunt, qvos inter emi-  
net Bodinus l.2 de Rep. c.1. ex hoc principio

Remp. mixtam prossus negans & oppugnans. At verò qvod  
aliquando divisum est, de eo, an dividi posse, qvæstio institue-  
tur Domitiana & tantum non stolida. Majestatem enim divi-  
sam aliquando fuisse aut dividi posse, discere potuisset Bodinus  
ab Aristotele l.5. Pol. c.ii. quando ait: *Apud Molosos longo  
tempore duraverunt Reges, & apud Lacedemonios, qvod ab initio  
statim in duas partes divisa fuerit regia potestas: Et postea Theo-  
pompus ad mediocritatem illam magis deducens Ephoros super addi-  
dit, potestate quidem minuens, sed tempore augens regiam autoritatem &c.*

II. Subtiliter hic & eleganter philosophatur magni juc-  
dicii JCtus Jacobus Lampadius tr. de Rep. Rom. Germ. part. i.  
n.58, 59, 60. quando ex actu tūm essentiæ, tūm existentiae Reip.  
naturam, & activam regenda ejusdem potentiam estimat,  
actus, inquit, essentiæ, ut in omni re, ita quoq; Reip. talēm actum  
inducit, qui esse Reip. constitutat, qvīg, toti sui speciei communis, &  
licet non sit extra materiam, non tamen est in materia propriā sed  
communi, ut anima rationalia in homine, actus vero existentiae in  
individuis tantum consistit, materia sc: propriā non communi. Et  
formā quidem est eadem essentialis, sed non accidentalis propter  
conditionem propriae materiae seu subjecti. — — — Majestas  
igitur essentialiter toti Reip. ut subjecto adequato inheret, extre-  
mū respectum unius vel plurium. Recte hæc omnia, in omni enim  
Reip. specie est majestas, nec concipi potest aliqua Reip. forma  
perfecta sine summa aliquā potestate. Sed quando deinceps  
pergit Lampadius: quo respectu majestas recte dicitur indivisibilis,  
non quidem ratione objecti, sed potestatis occupatio in rebus admis-  
trandis. At in subjecto communi existentie prout res in Rep. ge-  
rendē

*renda divisionem vel speciem recipiunt, ita maiestas potest in diffinis  
ratis subjectis consistere: aut ego non satis capio, quid sibi velit  
ille, aut me non habebit in omnibus συνέψοντος.*

III. Primum id offendit, quod dicit, maiestatem in actu  
essentia consideratam esse indivisibilem; divisibilem autem  
quando consideretur in subiecto communis existentiae. Ut  
clarius patet, quid velit, actum essentia dicimus, qui Ente  
communicat actu; ut ejus essentia constet, quae definitione  
exprimitur. & hic actus, non secus ac definitio, communis est  
uni ac toti speciei. Actus existentiae est actus enti singulari tan-  
quam effectus & complementum forma ultima supervenientis.  
Concipitur enim res sub ratione essentiae, quatenus ratione ejus  
constituitur sub tali genere & specie, sive in tali gradu & or-  
dinie entium. At vero haec eadem res concipitur sub ratione  
existentiae, quae est ratio essendi in rerum natura & extra cau-  
sus. Nam quia essentia Creaturarum non hoc necessarium habet  
ex vi sua, ut sit actualis entitas, ideo quando recipit entitatem  
suam, concipimus aliquid esse in ipsa; quod sit illi formalis ra-  
tio essendi extra causas: & illud sub tali ratione appellamus exis-  
tentiam, quod licet in re non sit aliud ab ipsam entitatem es-  
sentiae, sub diversa tamen ratione & descriptione a nobis con-  
cipitur, quod ad distinctionem rationis sufficit. Ita Franciscus  
Svarez. *disp. Metaph. 31. sect. 6. n. 23.*

IV. Secundo nec illud satis placet, quod assertione  
modo datum limitet, & intelligat tantum respectu ipsius potes-  
tatis in rebus administrandis occupatae, non vero ratione ob-  
jecti. Concedere quidem possum, ut crassiusculo exemplo  
rem illustrem, potestatem faciendo mensam, scannum, dola-  
bram &c. in fabro lignario dividit tantum ratione objectorum,  
potestatem autem ipsam per se videri indivisibilem. At vero  
si ab alio tantum mensa, ab alio tantum scanna conficerentur,  
& prohibito accederet, ne alter alterius partes invaderet & oc-  
cuparet, eaque prohibito non tantum in exercitium actus tende-  
ret, sed etiam directe in ipsam facultatem, num & sic potesta-  
tem istam indivisibilem statuimus. Imo puto ego, quod actus  
de divisione est, potentia olim divisibile fuisse, cum ab actu ad  
potest

potentiam, sive ab esse ad posse valeat consequentia. Dar.  
Stahl. tit. 2. regul. 2.

V. Tertiō nec id satis capio, quod dicit Lampadius, in  
subjecto communi existentiā majestatem posse in disparatis  
subjectis consistere, cum tamen in verbis anterioribus asserue-  
tit, actum existentiā in individuis tantum consistere, materiā  
sc: propriā non communi. Nolo enim verò hīc disputare,  
cum Gisberto Voetio parti. disq. Theol. p. 573. num existentiā  
sit principium individuationis, id enim huic non pertinet; as-  
sero tamen existentiā esse ultimam actualitatem omnis enti-  
tatis cum Fonsec. l. 4. metaph. c. 2. q. 4. scilicet 4. secundum quam  
sc: res ponitur extra nihilum, & extra causas egressa aliquid  
actuale esse dicitur. Et quoniam alii aliter, etiam actum ex-  
istentiā actum potius subsistentiā dicere malint, sequuntur tamen  
hic autorem, cum quo mihi res est; & actum existentiā in indi-  
viduis tantum consistere ipsi largiari; sed quid excusabit deinceps,  
quod subjectum aliquod existentiā facit commune. Sigilli-  
dem individua sunt termini singulares unam tantum rem sin-  
gularem & particularem significantes. Vid. Franc. Titelmann.  
l. 1. Dialect. p. 1.

VI. Vides, benevole Lector, invitos nos in Philoso-  
phorum Scholam tractos, illis tamen ut opinor non invitis. Ut  
verò definitam tandem, quid de proposita controversiā videa-  
tur, ajo, dividi posse Majestatem, & divisam eam fuisse vi-  
tibus non unis, nec ratione objecti tantum, sed ipsam quoq;  
in se, & divisibilem propterea esse etiam tum, quando consi-  
deratur in actu signato & in existentiā suā objectivā (quat. sc:  
hac formalī contra distinguitur) abstrahendo ab omni materia  
& circumstantiis individuantibus.

VII. Est enim Majestas totum aliquod, plures in se con-  
tinens facultates, quae partes dicuntur potestativæ, & Majestas  
ipsa hinc totum potestativum. Dn. D. Struv. disq. feud. n. 13.  
quia enim potentia ista uniuntur in uno aliquo toto, totum  
hoc ut discerneretur à reliquo, de quibus accuratè ex jure no-  
stro Franzkius ad tit. ff. de evict. n. 142. seqq. Hotroman. illustr. q.  
2. dici coepit potestativum, ut innueretur, non tam partes quam

A; poten-

potentias & facultates ad 'instar partium sese habentes in eo contineri. Et de tali quoq; toto intelligo l.16. & l.17. ff. de juri dicitur. Totum ergo si est Majestas, & tale quidem, qvod partibus constat separabilibus, utiq; dividi quoq; id potest, & dividitur in primis cum, quando expressè instituitur partitio, aut si quid populus adhuc liber futuro Regi imperat per modum manentis præcepti; aut si quid est additum, quo intelligatur, Regem cogi aut puniri posse. H. Grot. de J. B. & P. l.1. c.3. n.8.

VIII. Nec quisquam mihi h̄ic regerat, etiam animam esse totum potestativum, nec eam tamen divisibilem esse. Quia enim essentia animæ est simplicissima & tota in toto corpore, tota etiam in omni ejus parte, facilè inde pervidetur discriber, & ratio differentiæ, qvæ animam perinde ut majestatem dividere non permittit. Nec omnes totius potestativi species perinde se habeant necesse est; sufficit convenire in eo, qvod totum aliquod sunt. Qvod si dixeris, etiam animæ functiones esse separatas, non enim videre pedem, nec audire oculum, nec intelligere manum, animâ tamen ipsâ integrâ & invisibili manente, audi quid Scaliger dicat, Exerc. 307. f.37. Dubitate viseris, an memoria insit in omnibus corporis partibus. Qyin dico tibi intellectum esse in pedibus. Illa enim in nobis anima suis omnibus undique poteſtibus, nempe essentialibus fibi: Ibi vero instrumenta sunt, ibi exercere actum suum ipsam potestatem. Si enim oculus eset in digito, videret digitus per oculum, nulla accita à cerebro potentia. Conf. Sennertus Academiæ nostræ lumen & olim & olim maximè illustre in epit. nat. scient. l.6 c.1. Qvod si idem de majestate dicere præsumperis, aut negabis cum Bodino, dari Remp. mixtam, & experientiâ convinceris, aut adstres, duos dari in eadem civitate eodem respectu summos, & in rationem peccabis communem.

IX. Dantur ergo partes majestatis, sed uti dixi, potestativæ, qvæ tamen seorsim existere, & subjectis aliis aliisq; inesse possunt. Et ea communiter vocantur Regalia, alias, & ut volunt, commodiūs jura Majestatis, eō qvod non tantum in Regno, sed etiam in aliis Rebus p. penes qvas est majestas, inventantur. Sed unde & quare dicantur Regalia, misere svaves sunt Feudi-

Feudista. Gothofredus Antonii Professor olim Marpurgenus mixolatinum putat esse vocabulum, ex Rege & adverbio græco *λαος* conjugatum: Regaliaq; dicta tanquam valde regia. *diss. feud. lib. 6. tit. b.* Eam derivationem exagitat Philippus Hoffmannus Professor olim Heidelbergensis *diss. feud. lib. 2.* sed aliam æquæ inceptam substituit. Vult enim vocabulum id esse Latino germanicum, diciq; Regale quasi Regis *Lehen*, vel quasi *Reichs Lehen*, infausto utiq; conatu, & sine secessatore. Nobis cum plerisq; omnibus deducitur à Rege, fortè idē, qvia mæstas omnium optimè se habet in regno; & hoc imperii nomen etiam omnium antiquissimum est secundum Sallust. *in Catilin.* notante Christ. Forstnero *in lib. i. ann. Taciti Conf. Johan. Cam. man. de regalib. diss. i. lib. 88.*

X. Sancte invisum erat aliquando apud Romanos nomen Regis, nec post Tarquinium facile usurpatum id ulli. Itaq; Julius plebi Regem se salutanti, Cæsarem se non Regem esse respöndit. *Sveton. c. 79.* Qyod cum imitarentur reliqui, Cæsaris nomen inter dignitates esse coepit. *Lampad. de Rep. Rom. Germ. part 3. c. 2. n. 2.* Sic enim Cæsares, & Augusti & Antonini bono omni in laudati Imperatoris nomen succedentes dici consueverunt, Arnæsius *de Rep. l. 2. c. 3. n. 3.* tantoq; conatu nomina asta affectabantur, ut vocabulum Augusti etiam Tyrannis opponeretur. Marq. Freher. *ad Petr. de Andlo de Rom. Imp. l. 1. c. 8. p. 73.* Qymadmodum & Egyptiorum Reges à Ptolemaeo, qui cum Alexandro militavit, Ptolemai dicti sunt, & Pharaones à quodam Pharaone; Atheniensium Reges Cecropidæ à Cecrope; Arsacidæ Parthorum Reges dicti ab Arsace Scytâ. Tit. Popma *in Curt. l. 8.* & posteriores Imperatores Byzantini à Constantino nomen affectarunt. Marq. Freh. *d.l.*

XI. Coepit tamen idem vocabulum deinceps natalibus, quasi suis restitui & in bonam partem iterum usurpari. Sic enim ipse Justinianus regalem sensum & regiam interpretationem, & imperiale sensum promiscue usurpat *l. ult. C. de II.* & regale culmen vocat dignitatem Imperatoriam *l. 3. C. de qua- dricem. prescr.* Et ita quoq; Fridericus I. in iure feudali modo Imperator dicitur, modo Rex; ipsius solium, solium Regis.

Maa

Majestatis; Imperium ipsum Regnum & regia ditio. Vid. const. de  
pac. tenend. 2. F.27. §. in quibus, de consuet. rect. feud. 2. F.33.  
Regn. Sixtin. de Regal. l. i. c. 1. Et ideo feudista communiter  
per Regem in textibus feudalibus intelligunt Imperatorem. Vul-  
tejus de feud. l. i. c. 5. n. 6. Conf. autor conclusionum de jure Prin-  
cipatus, n. 5. lit. a. ubi aduersus Bodinum ex Julio Capitolino,  
Appiano Alexandrino, Dione, Nazianzeno & aliis disputat,  
Imperatores non tantum regiam majestatem semper habuisse,  
sed & Reges interdum appellatos.

XII. Cæterum qvot civitates Regrum constituant, disceptent inter se & rugentur Canonistæ. Sunt, qui regnum non agnoscunt, nisi decem aut undecim in eâ inveniantur civitates; tales enim numerum definitum ajunt in c. scitote 6. q. 3; nec nisi verbis disentijunt illi, qui negant regnum dici, nisi in eo ad minimum sint decem dioeceses & unus Metropolitanus quos refert Arnisæus, de Rep. l. i. c. 5. sect. 6. Diocesis autem sumunt pro territorio unius civitatis aut pro territorio Episcopi, uti videntur. Acceptum enim id vocabulum aliâs aliter, Proprietate autem Græci ἐποχεῖας & περιφέρειας dixerunt tale territòrium, quod sub Episcopo Civitatis erat: ἐπεγχίας, integrum provinciam, quæ sub Metropolitanu, & διοικητὸν istam multarum provinciarum complexionem, quæ sub patriarchâ erat, ut eruditè ostendit autor Evcharistici ad Jacobum Sirmondum missi de regionib. Et Eccles. suburiac. part. 2. c. 4. pag. 527. & p. 549. Quid si ergo diocesis accipiat pro territorio unius Episcopi, (seqvioribus enim temporibus unam tantum parochiam interdum denotavit) Regnum dici nequit, in quo non inveniantur decem Episcopi & unus Archi Episcopus. Quia de causa etiam Bohemia aliquando Regni nomine indigna judicata fuit, quod Archiepiscopatum haberet omnino nullum, ut refert Curæus part. 1. Chron. Silos.

XIII. At profecto à Mōn̄tov̄ hoc est, & prorsus monstratum, ex numero Episcopatum de Regno judicare, & ab Episcopis Reges estimare; quin, si dicendum quod res est, tyranus idem hoc sapit Hildebrandinam. Regnum proprium est, quando unus summum habet imperium, eoque ad publicam civitatem salutem.

salutem utitur. Ista Civitas habere potest fines latiores, potest habere etiam angustiores. Et potest monarchice gubernari civitas, quæ scipsa terminata unicâ continetur Urbe, & unico absolvitur muro. Non dissimulo, fuisse aliquando dictos Reges, qui Dynastæ potius aut Toparchæ aut Tetrarchæ, aut quo-cunq; alio nomine dici meruisent, id qvod per totum orientem etiam ab antiquissimis temporibus moris fuisse ostendit Richardus Montacutius de orig. Eccles. part. i. p. 205. Conf. H. Grot. de J. B. & P. l. i. c. 3. n. 10. Sed num propterea Reges dici nequeunt, qui monarchico imperio unicam tenent Urbem & angustis limitibus suum territorium circumscribunt? Utiq; quantitas extensiva in objecto nihil facit ad modum imperandi, nec partem facit definitionis. Sed hæc obiter, & quasi per sa-  
turam.

XIV. Pergimus ad definitionem Regalium, in quâ κυριον τελει, qui anxiè laborat. Nobis enim etiam descriptio tantum sufficit. Sed Feudista tamen quamplurimi soli Imperatori Regalia transcribunt, cujus proinde nomen definitionis inserunt. Et quanquam id excusat Bocerus de regal. c. i. n. 7. nempe, id ideo fieri, quia de jure civili Romano potissimum dissertatio instituatur, non de civili jure aliarum gentium; excusatum tamen habere non possumus Vultejum, qui l. i. de Feud. c. 5. n. 6. cum Baldo & aliis soli Imperatori de jure, aliis autem regibus usurpatione quamdam competere regalia asserit, dubio procul hypothesi isti innitens, Imperatorem dominum esse totius orbis terrarum, & propterea jus ipsi competere in regna reliqua universa; quo argumenti genere quam plurimi Juris Romani doctores jam inde à Lotharii Cæsaris temporibus usi fuerunt, illudq; non in Sacro tantum Codice Luc. II. i. sed apud Scriptores etiam profanos, & in ipso tandem jure Justiniano l. 8. ff. de L. Rhod. de jact. inveniri gloriantur. Vid. Franc. Zoannett. de Rom. Imp. n. 121. 149. Sig. Scaccia de appellat. q. 16. lim. 5. n. 4. 5. Joach. Cluten in Syllog. rer. quot. n. 9. Goedd. ad l. 3. §. 1. ff. de V. S. n. 8. Gail. de pac. publ. l. i. c. II. n. 4. 5. Thom. Michael de jurisdict. n. 9. Bechtius de securitat. n. 38. Reinkingk de regim. sec. & Eccles. l. i. class. c. 13. Quin fuerunt, qui hoc argumento

B

Caro-

Carolo V. jus occupandi Americam vindicarent, à quibus tandem dissentient Francisc. Victoria Relect. s. Ferdin. Vasqvius in question. illustr. l. 20 Joseph. à Costa de procur. Indor. salut. l. 3 c. 3.

XV. Verum enim verò, quia Terrarum Orbis nullo unquam tempore totus & integer Romanis fuit subjectus, & ne Europa quidem tota, multò minus Africa & Asia; Germani autem qui trans Rhenum & Danubium Romanis erant, perpetua cum iis bella gesserint, nec unquam provinciæ jura acceperint, fculnum hoc esse argumentum nemo non videt. Nec melioris conditionis est alterum illud, quo ad Romanos jus aliquod imperii in totum orbem pertinuisse & etiamnum pertinere contendunt. Id enim unde habebunt? non certè jure divino, non naturali, non gentium, non deniq; civili. Consequens igitur est, figmentum id esse & seditione cuiusdam presentationis ~~δοκιμασία~~. Quid potius si quid habuerunt Romani, (habuisse autem non exiguum mundi portionem certum est, & describit eam Appianus Alexandrinus in poem. lib. Libyc.) id omne tenerunt iisdem titulis, quibus vulgo acquirunt aliquid aut possideri solet; & igitur potuerunt illi iisdem titulis occupata & possessa iterum amittere, quæ ipsa novi deinceps possessores eodem prorsus jure, quo Romani, nec minus legitimo titulo occupare & possidere inciperent. Vid. Dn. Conring. de Imperat. Rom. Germ. Anton Matth. de crim. tir. de les. maj. c. 28 n. 7. Bachov. in Treutl. vol. I. disp. 3. tb. 7. lit. C. Didac. Covarruv. in c. peccatum p. 2. §. 9. de R. J. Alb. Gentil. l. 1. dejur. bell. c. 23. Et disp. reg. 1. Quirin Kubach cent. I. dec. 9. q. 2. Anton. Coler. de jure imp. Rom. n. 14. Gabriel. l. 5. tit. de acq. dom. concl. 3. Harprecht. ad pr. J. de R. D. n. 13. Jac. Lampad. de Rep. Romano-Germ. part. 3. c. 9. Hugo Grot. de jure B. & P. l. 2. c. 22. n. 13.

XVI. Nolo ego nunc prolixus esse in eo, quod pasim hodie docetur, Carolum M. per titulum Imperatorium, à Leone Pontifice & civibus Romanis solenni acclamacione datum, plura non accepisse, nisi potestatem in Urbem Romam in ipsum Pontificem, in Exarchatum Ravennæ & in alia quædam oppida extra Langobardici Regni fines posita, nec plus etiam accepisse

Otto-

Ottонem Magnum; sed utrumq; qvіn & reliqвos eorum Suc-  
cessores Germania & Langobardico Regno prаfuisse non ut  
Imperatoгes, sed ut eorum Reges, distinctasq; semper à Roma-  
no imperio istas habuisse Respublicas. Ex qvo deinceps con-  
ficiunt, qvia ea omnia sub titulo Imperatoris intellecta vi & ne-  
quitiа Paparum Cæsaribus iterum adempta sint, inane proſus  
esse hodiè nomen Imperatorium & procul reipsа, & vel Imper-  
ium Romanum periisse, vel Papam reaſe potestate Imperato-  
riа frui, salvа tamen licentiа titulum illum usurpandi Cæsa-  
ribus adhuc integrа. Qvа omnia si vera sunt, (ea enim nunc  
examinare nostri non est instituti, ut vera autem ſupponuntur)  
admitti nequit, Imperatori Romano aut dominium competere  
totius terrarum orbis, aut jus ſaltem eum totum occupandi.

XVII. Conciditergo, qvod aserebat Vultejus, Regalia  
ſoli Imperatori de jure, reliqvis autem Regibus usurpatione  
qvādam competere. Imò verò ajo ego, competere ea omnibus  
iliis, qui Majestatem habent, & quidem de jure, vi ipsа Majes-  
tatis, & qvia Majestatem habent. Nec qvicq; facies, ſi  
pro Vulteo asferas, competere Romano Imperatori prаrogati-  
vam aliquam, qvā inter principes mundi maximē refulgeat,  
eumq; idcirco vocari Monarcham non ſolum totius Christia-  
nismi, ſed etiam Orbis universi prаcipuum, & eminere eum in-  
ter omnes Reges veluti Stellam matutinam, qvalia emblemata  
plura congeserunt Franciscus Carolus Dux Sax. apud Lans.  
*Orat. pro Germ. p.146. 147.* Jctus Westphalus de jur. principat.  
*concluſ. 10. & 83.* Bernh. Zieritz de Principum prаrogativa. Rein-  
kingk de regim. ſec. & Eccl. l.1. cl 2. c.7. Bechtius de ſecuritat.  
*n.149.* Utut enim prаrogativam iſtam non negem, nego ramen  
confici exinde, ſummum imperium & regalia de jure ſoli Impe-  
ratori, uſurpatione autem reliqvis etiam regibus competere.  
Qvіn asſero, etiam parvam Remp. liberam non minus plena  
habere jura Majestatis, qvam magnam aliquam & amplam, ut-  
ut forte hac propter amplitudinem ſuam digniore loco ha-  
beatur, cum & inter pares ordo aliquis ſervandus neceſſario ſit.  
¶ *Ciędzieć* enim iſta & dignitas Romani Imperatoris, qvā reliqvis  
Europæ Principibus prаfertur, orta videtur priuum ex ampli-  
tudine

tudine & multitudine provinciarum regni Germanici tempore  
Ottonum maximè formidabilis, cui proinde reliquæ omnes  
Respublicæ per annos nunc septingentos semper primum lo-  
cum concesserunt, eamque in quietâ ejus possessione reli-  
querunt.

XVIII. Sanior itaq; est definitio Regnери Sixtini quando  
li. de Regal. c.1.n.14. regalia dicit esse jura ei, qui superiorem non  
recognoscit, vel cui concessionē aut præscriptione confuetudi-  
neve qvāsita sunt, competentia, ad salutem & decus Reip. tu-  
endum. Rectè hic pro Imperatore substituit omnem eum,  
qui superiorem non recognoscit. Nec enim soli Imperatorи  
competit maiestas, sed aliis etiam Regibus & Rebus, imo et  
iam alii plenior. Et non in regno tantum jura habentur ma-  
iestatis, sed in omni Rep. liberā. Ita autem verba, vel cui con-

S. majestas & totum Imperii cessione aut prescriptione consuetudinere quae sit sunt, pro quibus  
unum et pro forisibi, etiam post alii brevius: vel cui legitimè quae sit sunt, mallem abesse. Cer-  
tum enim est, iura taliter quae sit sunt non esse regalia, quippe per  
sunt pro forisibi Regalia non sunt in commercio inferiorum. Et quando dicitur, de  
rexit D. mag: Et postea  
Prius prob: huius: c. 12. consuetudine privatis concedi regalia, accipiendum de loca-  
tione vel permisso emolumenterorum, non de ipsis regaliis. Re-  
galia eqvidem in inferiorem transfundi nequeunt, quod osibus

Quiquid non dicitur in commercio, ne egenomoulenta possit. Principis inhärent. Sic licet Princeps concedat inferiori jurisdictionem omnigenam, altam & infimam, nec non venationes, ob id tamen in vasallo non sunt regalia territorio illinita, sunt locari. Ita regalia, sed tanquam commoda loci concessi ipsis accedunt, illæs iuribus statutis & sic salvâ superioritate. Ita Andr. Knichen de jur. major. prob. 22. satvr non. 22. seqq. Matth. Stephan. de jurisdict. l.2. part. i. c. 7. Lunt in commercio: L. casum territor. c. i. n. 125. seqq. Et quando ea jure feudi conceduntur, non conceduntur quatenus Regalia, sed ut privilegia, vel etiam ut usum emonumenta non possunt. Solum & delatam quis habeat administrationem ejus, quod vivere Superioritatis principibus competit. Unde etiam non quævis regalia subditis conferri possunt, sed illa solum avorum potest.

Si regalia iure feudi concessa sunt privilegia, nullum ministerium in Imperio Rom. sit in re concessâ tanquam Dominus ejus, non autem tanquam ab imperatore petere iure sed ex grâ. Postea ergo alibi videtur. L. et prig. Dux

Dux, vel Rex aut Princeps. Petr. Ant. de Petra *de potest. Prince.*  
c.21. n.36.

XIX. Cùm igitur jura talia dici regalia propriè nequeant, nec illi; qvibus hoc modo competunt majestatis participes fiant, nos verò regalia aliter hic non consideremus, nisi quatenus partes sunt majestatis, jure illa hic removemus, qvemadmodum & totum istum tractatum: *qvibus modis regalia acquirantur & amittantur.* Videant èa de re Doctores juris Feudalis. Nobis autem Regalia sunt jura, illi qvì summum in Rep. tenet imperium competentia ad tuendum salutem & dignitatem Reip. Qvæ definitio cum reciprocetur cum suo definito, facilè inde colligitur, non istam tantum à nobis improbari sententiam, qvæ jura regalia sine majestatis titulo consistere posse, contendit; sed illam etiam, qvæ è contrario dignitatem regalem sine juribus regalibus esse aliquando posse asseverat. Alterum enim alterius esse destruktivum, aut impropriè saltē alterum accipi debere, ipsa rei dicitur natura.

XX. Ex dictis etiam illud patet, competere Regalia illico, qvam primum aliquis levatus, h. e. Princeps renunciatus fuerit. Levatio enim talis & in seutum impositio erat inter titus Principem creandi, sed apud barbaros ferè, Gallos sc: Gotheros & Fracicos. Casiodor. l.10. var. for. de Gotbis: *Judicamus Parentes nostros Gothos inter procinctuales gladios more majorum scuto supposito regalem nobis contulisse, prestante Deo, dignitatem, ut honorem arma darent, cui opinionem bella pepererat.* Et de Chlotarii filiis refert idem, Siegbertum contra Chilpericum fratrem prosectorum à Franci more gentis clypeo impositum Regem esse constitutum. Ad Romanos hic ritus tandem pervenit à barbaris eundem eductos. Ita enim de Juliano à Gallianis militibus Principe renunciato Ammianus Marcellinus l.20. *impositusq; est scuto pedestri, & sublatuſ eminens populo silenti Augustus renunciatuſ, jubebat diadema proferre.* Et Claudianus: *Sed mox cum solita miles te voce levasset. Imò & apud Græcos elevationem hanc in seutum usurpatam, inter solemnia Principatus fuisse, ostendit J. Lipsius in Tacit. l.4. hist. p. m. 519.* Sed qvæcnq; tandem interveniant ceremoniæ, qvamprimum aliquis

*Si lex Rom: ante confirmatio  
rem privilegi. Electoral. ui  
nulte atq; administratio  
imperi invadere, neq; etiam  
non statim post levationem  
conquerunt Legalia. Verū  
Dixit & posterg  
Pug problo tit 2 A: B: 8  
Vid. Dic. de il. Sec. 2. t. 1. v. 1.*

aliquis summo imperio uti jussus fuerit, regalia simul omnia adipiscitur, cum illud absq; his nec exerceri nec concipi quidem posse saltem qvad actum primum.

XXI. Non minus ex datâ definitione patet etiam istud, non agi hinc à nobis de feudis regalibus, sive bonis illis, qvæ dignitatem regalem annexam habent, & per infederationem conceduntur. Regalia enim de qvibus nunc agere decrevimus, mera sunt jura, & sub iis veluti genere continentur. At bona regale dignitatem habentia non sunt mera jura, sed res corporales, qvibus dignitas adhæret, & propter istam dignitatem etiam potestas. Regner. Sixtin. *d.e regal. l.i. c.3. n.9.* Complexi autem nulla habetur ratio, quando in simplicibus tantum terminatur *Agone*. Id tamen fortè hoc pertinet, an potestas ista ex feudo regali competens Majestatis nomine veniat, & an jura potestatem concomitantia regalia & jura majestatis dici debeant. Affirmat Grotius *l.i. de Jur. B. & P. c.3. n.27.* ubi obligationem ex feudo personalem summo imperio nihil qvicquam detrahere docet. Sed enim cùm obligatio ista non ad reverentiam tantum & honorem Seniori præstandum, sed ad servitiam quoq; feudalia & fidelitatem extendatur, nec absolutam ejusmodi vasalli accipiant potestatem, sed eam habeant ex concessione superioris salvâ concedentis superioritate, majestatem propriè ita dictam tribuere ipsis nolim. Qvia tamen potestas ipsa tanta est, ut *autoueratq; ea* qvadam jure expediantur ea omnia, qvæ Majestati alias convenient, rectius ea vocari hodiè solet jus superioritatis, qvod nihil aliud est qvam majestas qvædam analoga. Knich. *de subl. & reg. jur. terr. c.1. n.159.* Dn. Struve *diff. feud. 6. n.13.* Bachov. *in Tr. vol.1. diff. 3. tb.6. lit. E.*

XXII. De numero Regalium non est ut solliciti simus, qvænamq; in eo operosi sint interpretes, aliis tantum non in infinitum excurrentibus, aliis præter ea, qvæ lib. 2. *Feud. tit. qvæ sint regal.* habentur, fere nulla hoc nomine censemibus. Utriq; perperam. Illi, qvia non omnia ea qvæ Princeps potest, inter regalia haberi debent. Knich. *de subl. & reg. jur. terr. c.1. n.159.* Hi, qvia in dicto loco hoc in primis agitur, ut recenseantur jura fiscalia regum veterum Longobardorum & tate Friderici I. *con- troversa,*

troversa, non ut integer catalogus omnium majestatis iurium  
texatur. Camman. *de jur. Maj. disp. 2. n. 48. seqq.* Et immo sunt  
quædam, quæ ex Lege positivâ talia sunt, aut moribus hominum  
ita recepta. Usu enim & consuetudine induci potest, ut iura  
quæ olim Regalia non fuerunt, pro Regalibus hodiè habeantur,  
& vicissim. Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 94. n. 1.* Qyo refeto,  
qvod Imperatores Romani non usi sint vulgari atramento in  
subscriptionibus literarum; sed encausto, colore quasi purpureo  
ex cocto murice vel trito conchylio confecto, indicata poenâ ca-  
pitali, si quis imitari id aut eodem colore scribere ausus fuerit.  
*l. 6. C. de divers. rescript. Gvid. Pancirol. rer. mem. l. 1. tit. de en-  
causto. Gvilh. Schickard. ad Tharich Pers. proœm. p. 15. 16.* Dixi  
inter regalia id fuisse, qvia institutum ideo, ut ne facilè posset  
committi dolus vel falsum in literis, Matth. Steph. *de juris d. 12.  
p. 1. c. 1. m. 2. n. 246.* & qui finis est ultimus, salus Reip. ne inter-  
verteretur, cum nisi isto colore signata fuerint, Rescripta valere  
noluerint Imperatores *d. 1. 6.* Sed si quis hodiè inter Regalia id  
referre voluerit, ridiculus erit, & è Tantali horto fructus col-  
liget, sive qvod intercederit coloris purpurei mistura & tempe-  
ratura id artificium, Fuller. *miscell. l. 1. c. 20. & l. 2. c. 11.* sive qvod  
ip̄ Imperatores uti eo sponte desierint, & inter regalia habere  
amplius noluerint.

XXIII. Cum igitur tam varia inveniantur iura majesta-  
tis, nec numero se contineant ubiq; eodem, optimum erit ad  
summa quædam capita ea referre, & quibus in rebus summum  
imperium præcipue consistat, universalis & communis qvadama  
penicillo delineare. Sed hic iterum variii variè disputant, qvo-  
rum aliquos cum recensisset Grotius *l. 1. de J. B. & P. c. 3. n. 6.*  
sic tandem ipse: *Qui civitatem regit, eam partim per separatum  
per alios regit.* Per se autem versatur aut circa universalia, aut  
circa singularia. Circa universalia versatur condendo leges, easq;  
rollendo tam circa sacra (qvatenus eorum cura ad civitatem per-  
sinet) quam circa profana. Ars circa hac Aristoteli *εργα τεχνῶν*  
architectalis. Singularia circa q̄a versatur sunt aut directè pu-  
blica aut privata qvidem, sed qvatenus ad publicum ordinantur.  
Directè publicas sunt actiones, ut pacis, belli, fœderum faciendorum,

aut res, ut vell' *galia*, & si quæ his sunt similia: in quibus comprehenditur & dominium eminens, quod civitas habet in cives & res civium ad usum publicum. Ars circa hæc Aristoteli nomine generis πολιτικη̄ i.e. civilis & θελευτη̄ consultatrix. Privata sunt res controversæ intersingulos, quas publica autoritate dirimi publicæ quietis interest. Ars circa hæc eidem Aristoteli δικαιωνη̄ judicialis. Quæ per alterum expediuntur, ea expediuntur aut per Magistratus, aut per alios Curatores in quibus sunt & legati. His ergo in rebus consistit potestas civilis.

XXIV. Non malè hæc omnia, etiam si non omnia ad patratum Johanniss à Felden in not. ad h.l. cui vicissim non malè respondet Theod. Graswinkel. in stirpturis. Sed sunt tamen inter ista quædam in omni Rep. maximè conspicua, & quæ idcirco primas quæsi tenent, quibusq; omnis ubiq; majestas eminet. Occupatur enim summum imperium potissimum in duobus, tūm ut regat & gubernet Remp. tūm ut tueatur eandem. & ad ista duo revocari potest, qvicquid circa Reip. summam in disquisitionem venire solet. Jam verò ad regendam Remp. quam maximè facit potestas ferendarum legum & magistratus constitueri; ad tuendam autem eandem jus armorum præcipue. Tria ergo erunt summæ potestatis quæsi γνωστικα, in quibus ea quam maximè sita invenitur, sc: leges condere, magistratus constituere, & bellum indicere. Atq; ad ista tria capita referunt quidem Doctores. Majestatis jura quam plurima, sed vereor tamen ut omnia. Nec ideo fortè observata, ut omnia eō reducantur. Sufficit tamen universalia ea esse, ut iis carere nequeat Resp. perfecta, & contineri iisdem regalia. omnium præcipua. Cum reliquis ad methodum Grotianam erit recurrendum.

XXV. Poteris etiam sic procedere, ut consideres Majestatem vel in respectu ad subditos, vel in respectu ad pares. Et si enim Majestatis vocabulum in sensu proprio & genuino semper denotet superioritatem, tamen quia non una in terris invenitur Resp. sed complures aliae, quarum una quæq; seorsim suā pollet majestate, superioritas illa tantum intra terminos R eip. suā audienda est: extra eosdem pares tot habet, quot Republicas & quæ perfectas terrarum orbis universus. Continetur enim una-

unaqvæque & terminatur suis limitibus, qvos egredi nulla  
earum potest, nisi cum detimento alterius. Qyoniam  
verò non facilè invenitur Resp; qvæ seipsâ ita contenta esse  
posit, ut alterius non indigeat sive opibus, sive fructibus, sive  
auxilio; necnulla tñm secura esse queat, ut non aliquæ sub-  
inde imminent pericula, fieri non potest, qvin negotiorum  
qvædam iis intercedat communicatio. In hunc igitur finem  
Majestati aliquæ competunt Regalia, qvæ Majestatis ad Ma-  
jestatem inferunt respectum, & qvorum vi Princeps cum Prin-  
cipe agere & contrahere potest. Talia sunt jus belli & pacis,  
jus foederis sanciendi, jus Legatorum mittendorum, & si  
qvæ sunt his similia.

XXVI. Vicissim sunt alia, qvæ Majestati competit  
in respectu ad subditos, & limites imperii non egrediuntur,  
qvalia sunt jus vestigialium, jus legum ferendarum, Magistra-  
tuum creandorum, comitiorum, extrema provocacionis &  
eiusmodi plura. Prioris generis jura possumus Scholasti-  
corum imitatione, regalia *equiparantia*; posterioris *dissqui-  
parantia* dicere. Illa ex potestate mutuâ & utrinque æquali,  
hæc ex potestate supereminente profiscuntur. Illa naturâ  
posteriora, hæc priora. Illa abesse possunt, hæc neque-  
unt. Illic enim non repugnat Majestatem esse sine pari, ut,  
si singas, totum terrarum orbem unius imperio parere,  
aut in Noacho regiam potestatem imagineris; hic repugnat  
Majestatem esse sine subditis. Præstantiora igitur & potiora  
hæc illis, illa autem magnifica magis & magis verenda, qvip-  
pe qvæ ad exterios etiam Majestatis stricturas projiciunt; utraq;  
tamen Reip. usui & utilitatii destinata.

XXVII. Dividunt porro Regalia in majora & mi-  
noræ. A qvibus licet dissentiat Bocerus de regal. c.2, n.3. &  
Philipp. Hofman, *disp. feudal.* s. n.3. in personalia & fiscalia  
ea dispescentes, noluimus tamen à communi illâ & receptâ  
jampridem distinctione abhorre, non, qvod communis ea  
sit, & ideo mala esse nequeat, sed qvod de verbis magis qvam  
rebus instituantur concertatio, nec satis bene ubique appli-  
centur

centur principia philosophica. Majora vocantur illa, quæ gubernationem & statum ipsum Reip. concernunt, qualia sunt potestas Legislatoria, potestas constituendi Magistratus, jus belli, jus extremæ provocationis &c: & dicuntur alias personalia, imò personalissima, quia sc: persona & osibus Principis adharent, merè Regalia, ipsi corona annexa, sacra sacrorum, Regalia Majestatis, Reservata Principis. Reservata principis sunt regalia. Sixtin. de regal. l. i. c. 2. n. 2. 3. 4. Minora verò sunt ratione imperii ab eo, qui summum in Rep. habet imperium. Ibi reservantur Regalia percepuntur. Vocantur alias jura fisci sive fiscalia, & præsumponunt potestatem aliquam in possessiones & bona privatorum.

Si Regalia majestatis &  
reservata principis sunt regalia.  
Non minora, quæ non pertinet  
ad regalia.

L'ensiones sunt Regalia, magis  
minora, quia non pertinent  
ad regalia.

Non minora, quia non au-  
gent fiscum.

XXVIII. In majoribus itaque Regalibus suprema potestas & dignitas consistit, eaque personam Imperantem ipsam concernunt, cum minora ad jus fisci magis & fiscales redditus, quam ad supremam dignitatem spectent, & hinc Majestati quasi subsidiaria sint. Non quod ex regalibus majoribus nunquam quicquam ad fiscum pervenire possit, nec quod ex minoribus autoritas & dignitas imperantem planè non juvet aut illustretur; sed quod in illis principaliter ipsum in respectu sui & quatenus tale est, occupatum sit, in his verò, quatenus externis quibusdam adminiculis & subsidiis moraliter opus habet.

XXIX. Addo & id, Regnoro Sixtino de Regal. l. i. c. 2. n. 52. & l. 2. c. 6. n. 42. idem regale nonnunquam & maius & minus diverso respectu dici. Sic enim jus vestigialium, quatenus denotat jus vestigialia instituendi aut vetera augendi, ad majora refert regalia; Quatenus verò per id denotatur jus instituta jam vestigialia percipiendi, haud immrito id minoribus accenseriputat. Nec verò, ut videtur, sine omni ratione. Illie enim ad primum respicitur principium vestigialium, hic verò ad utilitatem inde provenientem. Et hanc doctrinam cum approbasset Joh. Cammann. & jur. maj. diff. 2. n. 73. eam deinde sui oblitus repudiat diff. II.

n. 45.

¶.45.46. & jus vestigalium nullo facto discrimine ad minora  
refert regalia. Referemus & nos, non attentâ Regneri di-  
stinctione, qvæ vel ideo ad præsentem qvæstionem facere  
nihil potest, qvia jus ipsum instituendi vestigalia in eum  
finem competit, ut consulatur fisco. Totum ergo id non  
ad Majestatem principaliter spectat, qvanquam Majestati  
competat, sed ad emolumentum aliquod subsidiarium fisco  
applicandum. Nec enim ideo majus dicitur aliquod re-  
gale, qvia originem suam haber à potestate soli Majestati  
competente, sic enim fortè tota concidet distinctio, nec ali-  
quod regale minus dabitur. Sed regale majus vel minus di-  
citur ita à fine, qvatenus vel majestas ipsa vel præcipue fi-  
scus inde sibi consulit, id qvod considerato cujusque effe-  
ctu ultimo constare potest unicuique etiam minus exerci-  
tato.

XXX. Et hic qvidem finis esse posset exercitationi,  
nisi restarent aliqua de jure regio Ebræorum dicenda, qvæ  
materiam de potestate principis si non ubertim exponere,  
haud leviter tamen illustrare poterunt. Scilicet committ-  
tuntur inter se Devteron. caput XVII. & I. Sam. caput VIII.  
qvo utroqve jus Regis contineri volunt, sed sensu, ut vi-  
detur, prorsus contrario, aut salem non usqveqvaqe utro-  
bique conveniente. Sed videtur tantum, intellectui sc:  
minus confirmato, & ad penitoria parum respicienti. Etsi  
autem nostrum non sit, sacram Scripturam inter Jurispru-  
dentes interpretari, nec item istam, qvæ etiamnum gra-  
viter inter partes reciprocatur, componere, non alienum  
tamen hic erit, postqvam juventuti identidem ea à politicis  
proponuntur & interpolata qvidem haud raro, haud raro et-  
iam perversè & veteratoriè; qvid de toto isto negocio sen-  
tiendum sit, breviter & aīc ēv οὐνέψει exponere. Sic enim  
& benè ominari de Majestate imperantium disceat animus  
confirmatus, & contemnere porro qvicqvid adversus præ-  
sentem statum, & Principum eminentiam suggesterent De-  
magogi. Offendere scilicet & hic solent illi, qui populo

ut placeant, multa pro libertate, plura adversus Principum loquuntur imperia, minus forte penetrantia, nisi Scripturæ autoritate in partes vocatâ subinde suscitarentur, & aliquem inde colore acqvirerent.

XXXI. Tenendum igitur, ab initio summam postestatem in populo Israelitico peculiari & planè admirandâ ratione fuisse penes unum & solum Deum, ab eo leges latas, Magistratus creatos, bella gesta, pœnas sanctitas, privilegia data, ipsumque ILLUM unicè & solum fuisse Israëlitarum Regem. Quando autem & Moses Rex dicitur *Deut. XXXIII, 5.* id plerique interpres ita explicant, ut regis tantum munus eum obiisse, & tanquam Regem sive ProRegem fuisse aserant, qvod ipsum est Magistratum tantum gerere, summo se: imperio penes alium manente integro & salvo. Sed & reliqui qui populum Israeliticum gubernarunt usqve ad Saulem, sive Duces fuerunt, sive judices dicti, non nisi θέχαι fuerunt sive magistratus, strictè accepto hoc vocabulo. Nullus enim eorum ἦν κύρος habuit, sed ipsum hoc totum ad ea usqve tempora solus Deus sibi retinuit, nec in consortium majestatis quenquam hominum recepit unquam; ut propterea singulare id reip. genus non male novo qvadam vocabulo θεοκρατία dicatur Josepho l.2. contr. Appion.

XXXII. Florebat ita Israelitæ, & non externis tantum hostibus formidabiles erant, sed ipsi quoq; inter se felicissimo regimine continebantur; & presentissimum Regis sui auxilium non unis vicibus modo proflus extraordinario planeq; divino experiebantur. At qvod habet Franciscus Gviciardinus l. 14. històr. Ital. Non hanno gli uomini maggior nimico, che la troppa prosperità, perche gli fa impotenti di se medesimi, licentiosi, & ardisti al male & cupidi di turbare il ben proprio con cose nuove, id similiter Judæis ususenisse, sacra notat pagina. Pertæsum enim tandem fuit stolidam gentem felicissimi hujus statûs, nec satis ipsis fuit ab Rege omnipotente, omnipræfente & rerum omnium Mode-

Moderatore gubernari, sed postularunt, ut Rex sibi præceretur, & qvidem talis, qvalem vicinae habebant nationes  
*i. Sam. VIII, 5.* Constat autem nationum qvam plurimis imperitatum fuisse μάλα παιδεστικός, & orientis populos addicte admodum gubernatos. Grot. de jur. B & P. l. i. c. 3.  
n. 20. Alb. Gentil. diff. Regal i. p. 19 Regem igitur talem dum sibi discipiunt Israelitæ, non sine exemplo amentiæ libertatem, qvam sub verè regio Dei imperio & γανδιæ tali habuerant, servitio postmodum Regio mutare præcipiant. Sulpit. Sever. l. i. histor. sacr. Potest enim (ut obiter hoc moneam) sub monarchico imperio esse libertas; potest & esse servitus. Imò, qvia aliqua datur libertatis & servitutis latitudo, potest eadem qvæ libertas nunc putatur, alio respectu servitus esse. Et ergo, licet sub aliis aliisque regibus vel liberiores fuerint Israelitæ vel magis coerciti, tantam tamen libertatem, qvantam divinum ipsi reliquerat imperium, sub Regibus habuerunt nungquam.

XXXIII. Petrus Cunæus de Rep. Ebr. l. i. c. 14. & Wilhelmus Schickardus de jur. reg. Hebr. c. 1. tb. i. cum qvibusdam Rabbinis volunt, Populum Israeliticum errasse non in eo, qvod Regem petierit, sed in eo qvod non legitimè petierit. mandatum enim jamante à Deo fuisse, ut Regem sibi eligeret, & hinc ex necessitate præcepti eum sibi postulasce. Quo trahunt verba Deut. XVII, 14. 15. in primis qvod ibi reduplicetur verbum: Ponendo pones super te Regem. Iterationem enim istam mandatum apud Hebræos maximè seruum innuere extra controversiam ponunt. Ponam & ego, (qvanqvm, ut ponerem, necessitas nulla adgit, Sic enim verba Gen. 2, 16. Ex omni arbore hujus horri comedendo comedes, rectè ab Junio & Tremellio vertuntur: liberè comedes, nec verbum igitur finitum si qva suum regit infinitivum, semper mandatum, sed qvandoque majorem tantum certitudinem ac evidentiā denotat,) committunt tamen illi boni Interpretes fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Nec enim licet ita sensum compositum

tum dividere, ut qualitate, quæ propositionem determinat, remota, simpliciter ea sine determinatione intelligatur. Tota namque oratio est hypothetica. Si dixeris, constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, eum constitues, quem dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non jubet simpliciter Deus, quod optimè observat R. Isaac Abravanel, ut Israelitas Regem sibi crecent, cum ipse eorum Rex eset, sed tantum, cum prævidere fore, ut simulatque terram sanctam occupasent, malo proposito Regem sibi essent postulaturi, præcipit, ut quando Regem omnino velint, eum è fratribus suis elegant. Et hanc sententiam falsitatis alicuius arguere nequit Menasse Ben Israel in *Conciliatore suo* p. 218. nec quicquam in eâ carpit, nisi quod aduersetur traditioni ac sententiæ antiquorum. Non tamen adversarii prorsus, ostendunt ea quæ adducit Schickardus d. l. & locus Josephi ex l. 4. antiq. jud. c. 8. metaphraste Sigismundo Gelenio: Optimum quidem est Optimatum regimen, & sic in administratiâ Republicâ vivere, nec est cur aliam ejus speciem concupiscatis, sed præstat, ut hâc contenti in legum & vestrâ ipsorum potestate sit. Satis enim est Deum habere presidem. Attamen si Regis vos cupido ceperit, nemo sit, nisi vestri generis & sanguinis, &c: Malè igitur ex conditionali propositione & qualificata efficitur pura. Malè à sensu non distributo ad distributum sit argumentatio.

XXXIV. Quid opus autem prolixius ea deducere, cum disertus in hac rem sit textus i. Sam. VIII, 6. 7. qui non Samueli tantum, sed ipsi etiam Deo postulata ista Judæorum displicuisse ait? Et frivolum est quod reponunt ó: εξ ἀνενίας, aberrasse Judæos tantum in formâ, non in jure petendi. Ille enim ὥργο διοχετεύει non habetur in textu, quod sc: ideo displicuerit petendum, vel quia Samuelem spreverint, vel quia desiderarint talém rationem statū, qualem inter gentes animadverterant, vel quia ad religionis mutationem perierint, sed simpliciter dicitur: *displicuit sermo in oculis Samue-*

*Samuelis, eò qvod dixissent : Da nobis Regem, ut judicet nos.*  
Vera igitur ratio displicentia est, qvod *De reg. l. 1. cap. 1.* sustinere  
amplius noluerint, sed illà repudiata aliam novam exeg-  
erint. Neque vero eà de re Samuelem consulunt, aut per  
otium secum ipsi deliberant, sed præcisè dicunt: *constitue*  
*nobis Regem.* sic obfirmato in eam sententiam animo, ut  
propositis etiam his incommodis, qvæ declinati non pote-  
rant, si regia inducatur & peregrina forma, ab eo tamen  
consilio, qvod semel arripueret, dimoveri non posint. Ga-  
spar Sanctius in b.l.

XXXV. Cæterum permisit Deus, ut haberent Re-  
gem, sed simul tamen jus regium proposuit; & longo ordi-  
ne recensuit, quale deinceps futurum esset imperium, qvod  
tām enīxē nūc flagitarent. Id jus an verum sit, an usur-  
patum & consuetudo saltem Regis eligendi, multis inter se  
litigant, qvi textum penitus intolpiciunt, & utrinque  
haud contemnendis argumentis. Tyrannicum id esse &  
merē usurpativum tenent Car. Molinatus ad *confut.* *Paris.*  
*t. 1. §. 1. gl. 5. n. 65.* Casp. Glock *de contributionib.* *n. 46.* Joh.  
Althus. *Polit. c. 19. n. 51.* Jegg. Georg. Buchanan *de jur. regn.*  
*ap. Scot. Bb. 8.* Nic. Bellermontan. *disert. polit. 14.* Joh.  
Milton. in *Defens. c. 2.* Ant. Matth. *de crimin. tit. de furt.*  
*c. 4. n. 4.* Bodin. *l. 1. de Rep. c. 10.* Dionys. Gothofr. *ad l. 4. C.*  
*de ll. 5 ad Nov. 105. c. 2.* Præstat tamen eorum sententia,  
qvi jus istud non iniquum esse statuunt, sed indultum à  
Deo, & tale, qvo magistratus urgente Reip. conservanda  
necessitate, salvā conscientiā uti possit. id qvod ipse tan-  
dem concedit Molinatus *d. l. n. 66.* Uti enim in corpore hu-  
mano usu venire solet, ut ense rescindatur, si qvod mem-  
brum vitium aliquod contraxerit; uti in ædificiis, ut diru-  
antur, illa etiam invitio dominis, si quando proximus ar-  
deat Ucalegon, *l. 14. C. de oper. publ.* in eum sc: finem, ut  
illuc morbus, hic incendium desinat: Ita & Principi licet ad  
conservandum corpus Reip. uti interdum sive ministerio,  
sive bonis & fortunis subditorum, si præsertim aliud non  
suppetat, qvo præsenti consulat necessitatī.

*Gundanus lus. majestas. R. 1. c. 2.*  
*gat. d. 1. vno iure reclamante,*  
*illud. D. Tyrannicum. A. 3. P. 1.*

XXXVI.

XXXVI. Scilicet non potest sustineri ratio status,  
aut, si cui odiosum id nomen, Republica, nisi sint con-  
siliarii, ministri Regii, milites, officiales &c: At his omni-  
bus debetur merces, immo debetur & Regi ipsi, quippe cu-  
jus operam ad sui defensionem & gubernationem quavi con-  
duxerunt subditi. Quid mirum igitur, si Princeps in casu  
necessitatis tollat agros, vineas & olivetae Caji aut Seji, ea-  
que det ministris consiliariis & officialibus suis, ut eos in  
ministerio & officio retineat, cum praesertim non succur-  
rat illicet alia merces, quam satisfieri ipsis posse. Nec enim  
propterea negatur Cajo aut Sejo aequipollens aliquod pre-  
cium a vicinis & concivibus suis aliquando persolvendum.  
Tenetur namque Princeps auferens rem privati ex causâ pu-  
blica utilitatis & necessitatis ad solutionem justi precii. Geil.  
l. 2. obs. 56. n. 8. Vasqv. illusfr. controv. l. i. c. 5. n. 9. aut ut  
rectius dicam, tenentur potius concives & ararium publi-  
cum. Harpp. ad pr. J. de R. D. n. 147. & 152. Bernh. Græ-  
ven p. 2. concil. 56. in coron. Quid mirum Principem sum-  
re filios subditorum & ponere in curribus suis, facere sibi  
eqvites & praecursores quadrigarum suarum, & constituere  
sibi tribunos & centuriones & aratores agrorum suorum,  
& messores segetum, & fabros armorum & curruum suo-  
rum? Nec enim necesse est, ut luxus ergo & ex libidine  
ista a Principe instituenda dicamus, cum efflagitate id pos-  
sit ipsa necessitas Reip. & regiminis ratio. Quid mirum  
sumere Principem filias subditorum & facere eas ungventu-  
arias, & focarias, & panificas? Qyanquam enim volu-  
ptarium horum aliquod videatur & minus licitum; Un-  
gventaria tamen ars phrasit Hebraea pharmaceuticam pri-  
mariò notat confectionem; & haec maximè necessaria est  
sive pacis sive belli tempore. Culinaria autem ars & pi-  
storia ideò exesse poterit minus, quia ex alendo homini in-  
serviunt, & sine iis vita duci hodiè nequit. Et qyanquam  
officia ista aliquando forte curæ masculinæ fuerint, postea  
tamen cum Viri virilius agere, h. e. studiis militaribus se de-  
dere

obstat c. 46 Ecclesiis.

obstat c. 47 Dextor.

dere cōpisenſt, in fœminas ea devoluta ſunt, qvarum id.  
cīrcō ministerium etiam in aula reqvirebatur. Conf.  
Schickardus de jur. reg. c.3. theor. 8. Camman. diſp. 2. de  
Regal. n. 29. ſegg.

XXXVII. Sed poſto, enumerari qvædam in hoc  
jure regio, qvæ vel ad voluptatem & luxum faciant, vel  
in abuſu conſtant & pravā Principis usurpatione, num id.  
cīrcō totum id jus iniqvum, voluptuarium & merē usurpa-  
tivum dicamus? Qvin imo poſſunt eſſe ſpecies mixtae,  
& inter illas etiam, qvæ luxus instrumenta habentur, ali-  
qvæ tales, qvæ pro ratione circumſtantiarum bonitate mo-  
rali alterentur, & vel ex neceſſitate vel utilitate inde pro-  
veniente ſe commendentur. Nec enim qvia deficiente ne-  
ceſſitate Achabo illiciitum eſt Nabothi vineam licitare, id  
omni tempore illiciitum erit. Poſſunt variare circumſtantiae,  
poſſunt ergo & qualitates ex iis dependentes, cum  
& aliās actiones morales ex finibus ſuis judicentur. Nec  
etiam, qvia vocabulum, qvod in Hebræo idiomatica habetur,  
qvandoqye conſvetudinem & morem significat, ſive mo-  
dum, ut interpretatur Josephus Scaliger 1. Epif. 15. illico in  
malam partem id eſt accipendum. Indifferens id eſſe &  
tām in bonam qvām malam ſumi, fatetur Nicolaus Bel-  
lermontanus diſert. polit. 14. graviter aliās diſſentiens & ty-  
rannidem ex hoc loco colligens. Si qvid ergo malitiæ con-  
ſvetudini iſti & mori adhærere dixeris, aliunde id accerſas  
neceſſe eſt, non ex vi vocabuli aut ſignificatione ejus.

XXXVIII. Sed novi ego, qvid regerere hic ſoleant  
quidam ex Rabbinis, nempe non licuiffe Regi vel multi-  
plicare mulieres (ultra numerum permifſum) vel eqvos ad  
pompam, vel opes & divitias, & vapulasse eum, ſi qvici-  
qvām horum tentaſet. Male ergo concedi aliquia volu-  
ptaria, qvippe qvibus ſemper abſtinere oportuerit Reges.  
At enim non tām aſſerui, qvām per vim hypotheſeos po-  
ſui, eſſe qvædam in jure illo Regio luxūſ admīnīcula & in-  
ſtrumenta. Qvin, ſi aſſeruiſem, nondum tamen fides fa-

cta de verberibus inflicitis. Idem enim cùm ex Rabbino-  
rum placitis asseruisset Cardinalis Cesar Batonijs, adver-  
sarium mox invenit Casaubonum *Exerc. 13. n. 5.* ditricè id  
negantem. Sed hunc ~~negat~~ & vicissim convineat &  
aliquot Rabbinorum testimoniis firmat Will. Schickardus  
*de jur. reg. c. 2. theor. 7 p. 63.* cum quo facit Hugo Grot. *de  
jur. bell. & pac. l. 1. c. 3 n. 20.* Etiamsi vetò id non neget Clau-  
dius Saltanius in *Defens. Reg. c. 2. p. 36.* & *c. 5. p. 181.* Rab-  
binos id docere, negat tamen ex vero id docere; cum præ-  
fertim ex nimio erga Synedrium studio propugnatis com-  
mentis scripta sua onerare soleant, & propterea fidem jam-  
diu decoixerint. Qvicquid hujus sit, docent tamen Rab-  
binij, non ob quodvis delictum Regem vapulast, sed ob  
tria tantum illa supra enarrata. Et ergo superesse poten-  
tunt alia, quibus ad voluntatem & delicias abuti impunè  
potuerit Princeps. Quæ etsi concedantur, nondum tamen  
inde conficitur, ipsum totum jus Regis de quo nunc agimus,  
esse tyrannicum & merè usurpativum.

XXXIX. Dicis, ex ore Dei irati loqui Samuelem.  
Dicam & ego, sed numquid futuri Regis potentiam exinde  
facies illicitam & tyrannicam? Sit ita, publicatum esse  
Jus hoc Regis in peñam, at non sequitur illicet, iniquum  
id esse. Pœna enim inter alia in eo consistit, quod, cùm  
sub regimine divino omnium rerum affluentiam habuerint  
Iudei, futuro Regi ut Resp. salva sit, facultates suas elargiri  
teneantur. Sed eas tamen propterea Rex non accipit titulo  
aliquo injusto. Dicis porro, exprobationis & terroris cau-  
sa jus istud non publicatum tantum, sed & reservatum esse  
in archivis sacris *i. Sam. X. 25.* cum Thoma in *primasecundæ  
q. 105. artic. 1. in fin.* & Alfonso Tostato Abulensi *ad h. l.* Di-  
cam & ego, quanquam non hoc Samuelis, sed id quod  
*Deut. XVII. 16.* habetur, reservatum, falso velit Petrus Cu-  
næus; at solo fine tērendi & exprobrandi publicatum id  
aut reservatum fuisse nego. Quid si hoc concessero non  
tamen sequitur, solo hoc fine sanctum fuisse à Deo; aut

si & hoc concessero, nunquam tamen conficies, semper id  
fore injustum, aut ex nullo alio capite & fine sancti po-  
tuisse. Vid. Dn. D. Hulseman. *Breviar. theolog.* c. 20. n. 12.  
§. 5. 6.

X L. Concedam vero & hoc, immo concedam omnia,  
& id quoque tandem, illicitum esse id jus, iniqum, ty-  
rannicum & mere usurpativum. Non enim quia coram  
Domino depositum dicitur, iniqum id esse nequit. Sed  
quid tandem inde sequi putabimus? Denegare licere sub-  
ditis, quod principi non licet petere? Id vero esset to-  
tas movere & concutere Respublicas, & facere ut fulmen-  
ta lectum scanderent. Non hoc intendit Deus per legem  
Islam Regiam, ut armare velit subditos aduersus imperan-  
tes, sed hoc potius, ut de subjectione ipsos commonefa-  
ciat, debitam etiam eo casu, quando iniqui fuerint imperan-  
tes, ideo dicit v. 9 *inculcando inculcabis hoc illis & indica-  
bis &c.* Optimè in hanc rem Hugo Grotius *de jur. Bell. &  
Pac.* l. 1. c. 4. n. 3. Quod apud Samuelem est de jure Regis,  
omnino rebus insufficienti appetet, nec de jure vero intelligentia-  
dam, id est, de facultate honeste & justè aliquid agendi (lon-  
gè enim alia vivendi ratio præscribitur Regi in è parte legis,  
qua est de officio Regis) negl nudum factum indicari: nihil  
enim eset in eo eximium, cum injurias facere etiam privati  
privatis soleant; sed factum quod effectum aliquem juris ha-  
beat, id est, non resistendi obligationem. ideo additur, popu-  
lum presum istis injuriis Dei opem imploraturum, quia scilicet hu-  
mana remedia nulla extarent. &c: Scilicet agitur hic de ju-  
re Regis, ad quod, si in sensu relativo sumatur, non per-  
tinent ea, quae ad mores Regum formandos conscripta sunt,  
qualia habentur *Deut XVII, 16. seqq.* sed ea potius, in qui-  
bus ex adverso respondeat civium obligatio. In genere au-  
tem obligatio ista consistit in eo, quod obedire teneantur  
subditi Regi etiam συνταγή & iniqua petenti, *I. Pet. II, 18.*  
dummodo non contraveniat petitum istud mandato divi-  
no. & hoc non tantum ex necessitate præcepti, sed etiam

propter conscientiam Rom. XIII, 1. & q̄ia sunt ~~Codiz. ood.~~  
~~p̄b̄oī~~. Ita enim dicuntur respectu Magistratū, & in sensu  
eminenti respectu R̄egis, q̄i in relatione h̄ac dicitur ~~Codiz.~~  
~~επ̄χαν I. Pet. II, 13.~~ non vulgari loquendi more & pro cap̄o  
eorum, ad quos scriptit Petrus; ut nōgatur imputissimus  
Miltoni Hyperaspistes Johannes Philippi in *Defens. p̄ so.* sed  
sensu verē politico, & maximē proprio. Locum enim h̄ic  
q̄uoq̄e habet, q̄od dicunt Philosophi; ordinem non dāri;  
nisi cum relatione ad aliquod primum. Et ideo Aposto-  
lus subjectos nos esse vult Regi ut supereminenti i.e. sine  
ullā exceptione: Magistratibus, tanquam missis à Rege, i.e.  
potestatem suam à R̄ege ducentibus.

XLI. Esti igitur in dicto loco Samuelis nihil inve-  
niatur, q̄od publicā urgente necessitate & salute patriæ in  
discrimine verlante; jure & bonâ conscientiâ facere prin-  
cipes nō posse; nec opus idcirco sit audire eos; qui tyra-  
norū ibi mores describi asserant; tamē q̄ia etiam hoc  
posito, nihil inde lucrari monarchomachos nūc ostendit;  
facile poterimus Mosen cum Samuele conciliare, q̄ippe  
q̄ib⁹ pugna nulla; nulla contradictione, nedum contentio.  
Moses enim non populum sed Regem instruit, ejusque dea-  
scribit officium; Samuel verò ejus potestatem & imperii  
amplitudinem. Ille imperium rectum & q̄væ bonis prin-  
cipib⁹ sunt agenda. hic obedientiam subditorum & q̄væ  
iis sunt tolerandas. Ille limites impandi, hic necessita-  
rem patendi proponit. Ab illo Reges, ab hoc subditi in-  
formantur. Et ergo diversa qvando diversimodè p̄tropo-  
nunt; dissentire inter se dici neq̄ueunt. Vid Alb. Gentil.  
*dīsp. Reg. I. p. 18.* Gvilih. Barclaj. *contr. Monarchom. l. 2. p. 255.*  
*& l. 3. c. 6.* Autor conclusionum *de jure princip. n. 68.* Antofi.  
*Coler. de jūr. Imper. Germ. n. 13.* Claud. Salmas. *Defens. Reg.*  
*cap. 2.*

XLII. Paret h̄inc, q̄id sentiendum de qvæstione  
toties magno partium litigio agitatā: Utrum Princeps pos-  
sit aliquem dominio rei sua privare? Ajunt alii, alii  
negant,

negant, & vicissim alii cum distinctione, alii sine ea. Potissimum vero illi, qui cum distinctione respondent, ad potestatem recurrunt absolutam, eamque contradistinctivunt ordinariae. Ordinariam autem dicunt, quia princeps ratione praeminentia sua dispensat contra jus commune cum modico partis incommodo. & porto absolutam sive plenam, quia Princeps alicui suum non refuso precio auferit, & bonis subditorum non ad publicam utilitatem, sed ad voluntatem & voluptatem suam utitur. Græven l.2. concl. 56. confid. 1. Syring. de pat. Relig. n. 17. quanquam ordinariam paulo aliter explicit Albericus Gentilis disp. Reg. i. p. 10. Absolutam illam vicissim alii prorsus rejiciunt & violentiae nomine insigniunt, alii mordicus defendant; & ex his partium studiis magna sepe nascitur confusio, quippe quæ delinari nequit, nisi reseindantur ea, quæ autoritate magis nituntur, quam ratione. Solent enim quidam Doctoribus ita sufficiuntur incedere, ut vim potius, quam fidem facere velle videantur, quibus merito objicitur illud Cominci: *Hic non est locus, quoniam in aliis quæras, cui centones farcias.* Et profectò vix est, ut in principe legitimo dari possit plenitude potestatis, quæ quicquam differat aut distet ab ordinariâ potestate, Fernand. Vasq. part. i. lib. i. controver. illustr. c. 5. n. 15. Quid, sicut in Deo una eademque potentia est, sive agat secundum ordinem a se constitutum, sive extra eundem ordinem: ita potestas quoque imperantis eadē est, sive agat secundum ordinem a se positum, siue aliter. Hug. Grot. de imperio summ. pot. circ. sac. c. 6. n. 14

XLIII. Nos totam item breviter ita componimus, & dicimus. (1) Extra casum necessitatis & utilitatis publicæ non licere Principi aliquem dominio rei sue privare, & propterea nec posse l. 15. ff. de cond. inst. Quid si autem (2) id fecerit, non licere subditis resistere præfractè aut armis adversus eum movere. Econtrariò (3) in casu necessitatis & utilitatis publicæ non peccare Principem aliquam do-

dominium rei suæ auferentem, sed tūm īāmen (4) resar-  
ciendum esse dampnum & refundendum premium ab iis, ad  
qvos utilitas ea pervenit. Prima propositio patet arg. l.2.  
§.4.7. C. de precib. Imp. off. l.2. §.10. Et 16. ff. ne quid in loc.  
publ. l.4. C. de emanc. & est ratio politica, qvia Princeps  
non publicum tantam, sed privatum quoque cujusque bo-  
num qvarere, non autem intervertere debet. Loquitur  
enim propositio de officio Regis. Siquidem ubi dominium  
aut aliud jus alicui legitimo modo partum est, id ne ei au-  
feratur, juris est naturalis, qvod etiam Principem obligat.  
Dn. Struv. diss. F.5. n.6. Secunda deducitur ex obligatio-  
ne subditorum, de qvā supra dixi, etiam σκολοίς & pravis  
Principibus deberi obedientiam. Tertia præsupponit non  
quidem, ut volunt nonnulli, dominium aliquod eminentis,  
qvod Reip. competit, & Superior sit dominio singulorum,  
de quo Hug. Grot. l.1. de jur. B. & P. c.1. n.6. Arn. Vin-  
nius ad §.2. f. de his qui sui vel al. jur. sunt. Jac. Lampad.  
de Rep. Romano Germ. part.3. c.9. n.5. sed ipsam vim impe-  
rii, qvod ad salutem publicam est directum. Subest enim  
causa potentior, publica videlicet utilitas, qvæ ista fieri  
præcipit, & communia omnia facit etiam invitius subditis.  
l.14. §.1. ff. qvemadm. serv. vind. Anton. Perez. Cod. lib.10.  
c.5. n.13. Et ex hoc voluit Decius, permisum esse Magi-  
stratus domum peste infectam cum omnibus ibi contentis  
rebus combutere. Gründlicher Bericht des heil. Reichs  
Stadt Friedberg c.4. n.65. Pol. Ripa de peste c.6. n.48.  
Qvarta probatur ex l.13. §.1. ff. comm. præd. l.9. C. de oper.  
publ. l.2. C. pro qvib. caus. serv. propriæ. Et jubet id æqui-  
tas, qvæ publicam causam seqvitur, ut ne re suâ & precio  
careat ille, qui profuit omnibus. Dn. Carpzov. c.33.  
def.16. Grot. de jur. B. & P. l.2. c.14. n.7.8. Æquivisimum  
enim est, commune detrimentum fieri eorum, qui propter  
amissas res aliorum consecutu sunt, ut res suas salvias ha-  
berent. l.1. l.2. in pr. ad f. ff. de L. Rhodiâ de jactu, ad qvam  
vid. Dn. Hahn. in Observ. ad Wesenbec. p.550.

XLIV.

XLIV. Cæterum, ut hæc, qvæ diximus, magis siant  
perspicua, conferri posunt, qvi de èa qvæstione prolixius ege-  
runt, præter jam citatos Gaiilius l.2. obs.56. Fachineus l.8. con-  
trov. c.63. Camili. Borell. i. decisi.12. n.13. 16. seqq. Harpprech. ad pr. J. de R. D. n.98. seqq. Joh. del Castillo p.3. controv. c.6.  
n.2. seqq. & ibi allegati plures, Anton. Faber Cod. l.1. t.ii. def.1.  
Gabriel. l.3. tit. def.1. qvæs. non toll. conclusi.1. Vasq. ill. controv.  
a. c.5. Hartm. Pistor. 2. qvæst. 40. n.12. Hackelman. disp.1. n.10.  
Hoitom. illustr. qvæst. 1. Petr. Anton. de Petra de potest. at.  
Princip. c.24. seqq. Schrader. de feud. p.4. c.1. n.30. Rosenthal.  
de feud. c.7. concl.19. n.37.38. Aymo Cravett. de antiqu. temp.  
p.1. c.1. n.32.33. 51. seqq. Joh. Yannez Parlador. l.2. rer. qvot.  
c. fin. p.1. §.7. n.10. Ventura de Valent. in Parthen. litigios.  
l.1. c.6. n.26.27. Dn. Franzk. l.3. reolut.1. n.169. seqq. Bachov.  
in Treutl. vol.1. disp.1. th.5. lit. H. Menoch. de A. J. Q. l.1.  
q.48. Alb. Gentil. 2. lect. c.14. Mynsing 4. obs.8. & 5. obs.97.  
Pet. Costal. ad l.15. ff. de R. V. Sig. Scaccia de sentent. & re  
jud. c.1. gl. 1. q.1. n.58.59. Qvir. Kubach. cent.1. dec.3. q.5.  
6.7. & alii, qvos recensere possemus, plures, si autorita-  
tibus agere nobis eset prolubium. Istos autem qvos no-  
minatos hic vides, consignavimus ideo, non ut fidem fa-  
ceremus nostrarum assertionum. sunt enim inter eos, qvi  
nobiscum non usqueqvaqe faciunt; sed ut ulteriori dis-  
quisitioni materiam subministraremus, & ad alias remitte-  
remus, si qvod forte nostra hæc relinqverent dubium.

Qvod monere hic opera pretium fuit, ut ne errorem,  
qvem supra castigavimus, errare nunc vi-  
deamur ipsi.

os (:) so

der w. p. h. c. s. l. g. v. i. n. s. e. r. u. n. d. a. i.








**ULB Halle**  
006 302 114

3




VD 17



B.I.G.

Black



1848.

1654/93

27

Qyod felix faustumq; sit!

JURIBUS MA-  
JESTATIS  
EXERCITATIO II.  
Definitionem eorundem & Divisionem, nec non  
ipsam Principis potestatem accuratiū perpendens,  
quam,  
SUB PRÆSIDIO  
CASPARIS ZIEGLERI,  
Phil. & J. U. D. & Prof. P.

In Auditorio ICTORUM

et  
tuebitur

BENEDICTUS STRAUß/

Wittebergenensis Saxo.

add. Julii. A. O. R. c. 15 Lc LIX.

WITTEBERGE  
Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

Ophovit